Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31284
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

pisces in eo vi-
uut ut in aliis
naue non pati-
tur nec aliquam
materiam nisi
bituminatam
Nam omne carens
vita in profundum
mergitur si quid
viuum aliqua ar-
te immerseris statim
exilietur lucerna
ardens supnata-
tat extincta
moritur Multis
locis migras gle-
bas bituminis
vomit et ideo la-
cus alphati ut

Iosephus dicit quod
nimia eius leui-
tate etiam grauissi-
ma in eum iacta re-
feruntur. vespasia-
nus quosdam iunc-
tis manibus iussit
in altum proici et
omnes tamquam vi
spiritus sursum depul-
si desuper fluitabant
latus hic iudeam
diuidit et arabiam
que olim solitudo
fuit illa inuia et
inaquosa in qua
quadraginta an-
nis fuerunt filii israel

alphatides dicit

Dicit etiam quod poma nata in arbo-
ribus circumpositis usque ad maturi-
tatem coloris sunt viridis matu-
ra si incidas fauillas intus inuenies vnde
ait iosephus fabula terre sodomi-
tice fidem habet. Incredibile est quod
de terra illa dicitur ut de pomis et huius-
modi. Dicit etiam vallis salina-
rum forte fit ibi sal uel lapides sa-
lis ita inueniuntur. De incestu loth

Loth autem egressus de segor
mansit in monte in spe-
lunca et due filie eius cum
eo Dicitetant autem filie loth con-
summacionem mundi futuram per ignem
et suspicate sunt tale aliquid factum
quale in diebus noe scilicet ad repa-
randum genus humanum se seruatas
esse cum patre superstites Ideo consilium
inierunt et patris mesticiam et rigorem
vino mollientes singulis noctibus
singule susceperunt ab ignorante con-
ceptum nec repecierunt. Hoc tamen descri-

appungunt iudei quasi incredibile
quia natura rerum non patitur coire
quem penitus nescientem uel dicunt nescisse
filiam putans fuisse uxorem suam
Dicit etiam impossibile in deflora-
cione conceptum fieri ob hoc dicet an-
tiquus se filium virginis esse Peperitque
maior filia filium et uocauit eum
moab patrem moabitarum Minor pepit
filium et uocauit eum amon. patrem a-
monitarum Moab interpretatur ex patre. hoc no-
mine mater aperte publicauit in-
cestum patris. Amon filius populi mei.
hec aliquantulum texit crimen patris quasi filius est
cuiusdam de populo meo Dicit Ihero-
nimus filias posse excusari quia cre-
diderunt genus humanum defecisse
et pietas posteritatis impietatem
incestus excusauit. sed hoc patrem
non excusat sed infidelitas eius
causa fuit incestus
De eodem ut ait strabus
Loth inexcusabilis
est. Primum quia angelo
non credidit se posse saluari in se-
gor deinde quia inebriatus est vino
et fuit patrum causa peccati

Secundo milia-
rio ab hebron
est sepultura
loth

De pegri-
natione Abrahe apud Abimelech regem gerare

Profectus est abraham de
conualle mambre in terram
australem et peregrinatus est
in gerraris inter chades vnde fluxe-
runt aque contradictionis et sub lo-
co sororis habens saram similia prio-
ribus simulans pro timore Misit
autem abimelech rex gerare et tu-
lit eam in quo uis forme illius
miranda notatur que nonage-
naria adhuc amari poterat. Sed
in egritudinem cecidit rex dei uo-
luntate ne eam tangeret. ut ait
yosephus in fine tamen huius ca-